

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Caput Quintum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

- Hæredem in cunis, primam lucem hausit egenusⁱ.
 15. Viventum innumeros^k vidi, capita alta ferentes,
 Principe cum teneroⁱ (fatorum lege secundo,
 Quique loco effœti stabit) sub lampade mundi^k
 16. Vadere^l. non finis^l populo, qui hinc inde vagatur
 Cominus ante ora illorum: neque, terga sequentes,
 Lætabuntur eo. Nam certè, hoc quicquid, inane
 Est quoque, & humanæ miserandâ molestia lucis^m.
 17. Procedens ad tecta, DEO sacrata; memento,
 Custodire » pedum vestigia quæque tuorum.
 Huc ades^o, auditum^p figens in voce JEHOVÆ,
 Nec te aliò flectens; ne^q sensum avertat abusus,
 Extra animi cordisque vias: ut sacra per orbem
 Multi inter sanctos stolidi^q, solennibus aris,
 Concelebrant frustra. neque enim^r novêre profani,
 Quid quantumque mali patrent^s; quæque ingruat ira.

CAPUT QUINTUM.

Quando ergò sic demum dignè agnoscitur summum bonum, ut pendeat ex usû religionis veræ integro: hujus cura in universum cautè obeunda, & verbis & factis; ne loco benedictionis attrahatur maledictio, si quid com-

Kk

mitta-

- (i) V, 7. Pr. X, 4. g. (k) conf. Pr. XX, 8. XXIX, 12. (i) sup. 13. f. (k) sup. 1. x. (l) conf. Pr. VI, 11. (l) XII, 12. (m) sup. 4. g. (n) conf. V, 7. VIII, 5. hîc enall. ut Pr. XXV, 4. (o) conf. IX, 18. (p) Prov. I, 33. XXVIII, 9. 1. Sam. XV, 22. (q) conf. Pr. XVII, 10. XXV, 7. (q) sup. 13. g. (r) II, 24. (s) VIII, 11. Pr. II, 14. X, 23. XVI, 12, 19.

mittatur, à timore Dei alienum, coram Ipso iudice humani generis omniscio. 1.--6. Ceterum, homine, tanquam microcosmo, per lapsus indolem abhorrente ab officiis spiritualibus strenuè observandis; multò minis mirari oportet, æconomiam hujus mundi, ceu macrocosmi, adeò turbulentam reperiri, ut superiores atque inferiores sibi invicem malè respondeant: sed, loco remedii monstratur, consulenda subordinationis relatio, ascendens ad Dominum dominorum Opt. Maximum, ubique terrarum orbi prospicientem. 7, 8. Huc refugiendum esse ab omnibus, ex infinitis vanitatibus confirmatur. In primis vana docetur esse appetitio divitiarum, quoniam sedari nequit; tam vana, ut, quò major accessio, eò plures sint alii ejus compotes, nihil relinquentes domino, nisi aspectum; ut servus etiam, propter quietem integram, divite existat felicior. 9, 10, 11. Quantum malum, quòd & thesaurus custodiri soleat in detrimentum possessoris, vel casu perire; ut iste laborarit in ventum, assiduà cum molestià, & nihil supersit denique sibi & filio! 12.--16. Quò magis Divina misericordia agnoscenda, quæ offert summum bonum, Messiam pulcherrimum, corpore & sanguine suo pascentem homines, omnisq; cibi & laboris genus sic verà letitià imbuentem, ne portio ulli optima deesse queat. Quanquam enim donum etiam Dei est, si quis conjunctas cum sudore suo habeat opes, facultatemq;, iis dextrè & hilariter utendi: tamen & hæc gratia evanescit, nisi animus agnoscat, quomodo ipse Deus sub eo affectu suspiriis humanis respondeat; vocans ad Evangelium, quod solum desiderio omni satisfacit. 17, 18, 19.

PRæproperum haud stimules, acri formidine captus,
Os, linguamque tuam: nec cor, educere * ab imo
Ante

PARALLELISMUS CAPITIS V.

(t) VII, 9. Pr. XX, 21. XXVIII, 22. (u) Pr. XXIX, 11. GREGORIUS Nazianz. Apolog. Orat. 1. Videndum est, ne lubrica celeritas, præceptq; studium seminibus illis non absimile sit, quæ in petras ceciderunt; & quia terræ altitudinem non habebant, statim exorta, ne primum quidem solis calorem ferre potuerunt: aut etiam, fundamento in terrâ jacto, quod pluvie

- Ante Deum, acceleret ^a, dicti obrepentis honorem.
 In cœlis dominus certo omnia pondere librat:
 At tellure super miserâ tu labe laboras.
 Ergò tibi pro re sint pauca ^x; eaque integra verba!
2. Somnia, cùm veniunt, quàm crebro turbine cœcum
 Anxia sollicitant ^y cerebrum; sic improba gestit
 Vox fatui ^z, sanctam precibus se fingere multis.
3. Oblatum, neque tu, JOVÆ persolvere ^a votum,
 Tarderis ^b: nec enim pactorum pristina stultis ^z
 Gratia ^c salva manet; quos tanta amentia cepit,
 Quæ pepigère pii, ut malint migrare per horas.
 Redde ^d, quod ingressus pietate receperis ultrò!
4. Haud spondere, malum est minus; ac, promittere
 sacra
 Munera, quæ posthac nullus, tanquam immemor,
 edas.
5. Neve ori dederis, quod secum effundat habenas
 Carnis, ut hæc facili motu in peccata ^d feratur:
 Neu, præsentē Dei legato ^e, dicere pergas;

Kk 2

Esse

ac ventis ne tantillum quidem restitit. Ne sis celer in verbis! ait Salomo: minorem scilicet rem esse, asserens, celeritatem in verbis, quàm ferventem in actione festinationem. (x) Pr. X, 19. (y) inf. 13. I, 13. f. (z) II, 14. IV, 5. 13. 17. (a) Pr. VII, 14. XI, 31. (b) Ps. CXXXVII, 2. (c) inf. 7. III, 1. t. conf. Pr. XVII, 20. (d) II, 26. p. post. conf. Pr. I, 10. XIII, 21. (e) Pr. XIII, 17. n.

Esse levem culpam, similemque erroris^f habendam^f.
 Quid furis? aut quonam JOVÆ tibi cura recessit,
 Ejus ut irrites iram^g, Nemesisque laceffas
 Voce tuâ? quid^g, si te, & opus^h manuum omne
 tuarum,

6. Propterea evertatⁱ? Visorum copia vulgò
 In somnisⁱ animos deludit inanibus ausis:
 Non aliter, si cui solitum est, quàm plurima fando
 Spargere; signorum ac rerum simulacra volabunt
 Pleraque vana nimis^k. Sed tu reverere^l Tonantem!
 7. Fortè, peragratâ regionis^m parte, notâsti
 Pauperiem oppressamⁿ, præreptaque juris & æqui
 Judicia^o. hîc tibi non veniat transversa cupido,
 Mirandi fatum, cur hæc permissa voluntas^p!
 Quem mala res offert, qui vertitur ordo, stuporem
 Leniet: excelso^q custos^r excelsior alter

Præ-

(f) X, 5. b. Pr. XXVIII, 10. (f) res eadem, Pr. X, 23. XIII, 13. XIX, 28. XXVI, 19. (g) inf. 16. (g) conf. Pr. XXII, 27. (h) II, 11. x. (i) conf. Pr. XVII, 5. XXIV, 17, 18. (i) sup. 2. (k) inf. 9. I, 2. e. (l) IX, 10. b. (m) II, 8. III, 16. (n) IV, 1. y. (o) III, 16, 17. d. (p) sup. 3. c. (q) VII, 8. ATHANASIUS, Apolog. ad Constant. Ecclesiastes, non ignarus insidiarum adversus pios, ita loquitur: Si calumniam pauperis, & judicii & justitiæ deprædationem videris in provinciâ, ne tibi ea res sit admirationi; quoniam excelsus super excelsum custodiet, & est adhuc sublimior supra eos, & præstantia terræ. Neque id mirum: habebat enim patrem Davidem, qui in suis persecutionibus hoc experimentis

- Præfectus superest. atque his Alti *q* insuper instant,
Cuncta supercilio, divina, humana, moventes.
8. Unde simul terræ datur exsuperantia *r*, rebus
Omnibus auxilio: culto rex gloria ruri.
9. Argenti cupiens, sibi non satiabit *r* amorem:
Et, qui ardebit opes amplas *s*, proventus eundem
Explebit nunquam. nonne hæc quoque vana *u* libido?
Sunt variæ similes: paucas è pluribus addam.
10. Sicubi adaugentur bona *x*, conglomerantur ibidem
Vescentes illis. quid possessoribus autem
Hinc tandem remanet, liceat quo plenius uti *y*?
Nam, nisi de cunctis verâ pietate litatur
Coelicolum regno; vix quidquam hædere tenenti
Prætereà, aut prodesse potest, quàm ut lumine cassâ
Corda modò atque oculos adspectus *z* pascant inanis.
11. Dulce *u* sopor fessio *z*, post exantlata laborum

Kk 3

Ser

cognoverat; ac propterea eos, qui affliguntur, his verbis confirmat: Viriliter agite, & corroboretur cor vestrum, omnes, qui speratis in Dominum! Huiusmodi enim sustentibus, non homo, sed DOMINUS [ut ipse ait] opitulabitur: Siquidem ego, inquit, sustinens sustinui Dominum; & intendit mihi, & audivit deprecationem meam, & eduxit me de lacu infimo, & ex huto facis (q) XII, 1. Dan. VII, 18. 22. 25. 27. (r) 12. I, 3. f. VIII, 5. l. XII, 3. (s) III, 6. e. (t) inf. II, c. VI, 3. Pr. XIII, 25. XIV, 14. XVIII, 20. XIX, 23. XXX, 9. q. (u) I, 15. m. (v) Pr. III, 9. 14. y post. XVI, 8. (u) sup. 9. k. (x) VI, 3. IX, 18. (y) inf. 15. q. II, 21. c. IV, 4. e. conf. IV, 8. (z) I, 8. s. (a) sup. 8. XI, 7. c. Pr. III, 24. XII, 11. l. 9. r.

Servitia; escarum seu multum absorpsit onustus,
Sive^b parum: stomachum ac venas quæ divitis
inflat

Luxuries^c, hominem vetat^d indulgere quieti.

12. Sic ego dum vigiles oculos per singula volvi,
Cerno ingens sub luce^d malum^c; quòd & æris acervi
Affer-

(b) Conf. XI, 3. XII, 14. CHRYSOSTOMUS, homil. II. ad pop. Antioch. Cur addit: sive parum, sive multum comedat? Ambo hæc vigiliam inducere solent; indigentia, & crapula: illa quidem, spiritum arefaciens, & palpebras, corneas reddens, nec claudi permittens: hæc verò, anhelitum angens, & elidens, & multos inferens dolores. Sed tanta est laborum medicina, ut, etiamsi ambo adsint, servus dormire possit. (c) sup. 9. r. Pr. III, 10. (d) non permittit: Ps. CV, 14. (d) inf. 17. I, 3. g. (e) conf. inf. 15, 16, I, 13. e. VI, 2. AMBROSIIUS, in Psalm. I. Est malus languor, erroris languor, inexplibilis cupiditatis languor. Iste, divitiæ sunt; ut dicit Ecclesiastes: Est languor malus, quem vidi sub sole; divitiis custodiri, in malum possidentis eas. Dic mihi, o Ecclesiastes, quâ causâ malus hic languor sit. Respondebit: quia multos avara spes devorat. Insatiabilis edacitas cupiditatis est. Nescit satiari argento, qui concupiscit argentum. Dissidunt divitiæ, non explent. Et si quis satiatus fuerit divitiis, non est, inquit, qui sinat eum dormire. Et quidem omnes dies ejus in tenebris, & luctu, & iracundia multa, & languore & irâ. Quomodo enim potest dormire, qui sollicitam auri exercet custodiam, qui damna formidat, qui lucra cogitat, qui usuras computat, qui apothecas numerat? Malus ergò languor, qui bonam aufert mentis quietem. Est languor malus, luxuria, libido, concupiscentia, delectatio, secularis ambitio, quæ citò corrumpit salutem sobrietatis. Omnis postremò mundi hujus corruptela, pestilentia est. Ne ergò tetigeritis, ne attrectaveritis eam. Lues est, contaminat; morbus est, polluit. Ne gustaveritis, quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu, ut Apostolus dixit: qui & alibi clamat; Radix omnium malorum est, avaritia. Morbos excitat: dolores inserit. Denique, qui eam appetierunt, inseruerunt se multis doloribus.

- Afferventur *f*, heris *g* avidis ut damna *b* parentur.
13. Quin etiam adversoⁱ quondam ipsa opulentia casuⁱ
Interit *k*: intereà prolem generavit avarus,
Cui nihil *m* in palmis sua spes captata relinquit.
14. Editus ex utero materno nudus ad auras:
Nudus inopsque (via est eadem) remeabit, ut olim,
Telluris gremium repetens; neque dextera partem *m*
De cumulis operum *n* portabit frigida letho.
15. Hæc verò quàm infesta lues *o*, communis in orbe!
Usque adeò talis ditem manet exitus *p* æquè
Atque alium, ingressus *i qualis fuit omine tristi!
Jamque suas curas, viresque, viasque, laborans,
Qui dederit vento *p*; quid ei superabit amorum *q*,
Si Dominum astrorum supra omnia nescit amare?*
16. Quâque sub aurorâ miscens alimenta querelis,
Sic caligantem *r*, noctis sub imagine, vitam
Exigit, indignans *i temerè, ægrotansq; fremensque *s*.*
17. Ecce,

(f) sup. 7. III, 6. e. IV, 17. VIII, 5. (g) sup. 10. VII, 12. VIII, 8. X, 11. 20.
XII, 11. Pr. I, 17. f. sec. XVI, 22. (h) VII, 15. (i) I, 13. e. f. (k) III,
6. d. (l) VI, 4. l. (l) XII, 7. (m) conf. 13. 1. Tim. VI, 7. (n) I, 3.
II, 18. 21, 22. 26. (o) sup. 12. d. e. (o) XXIII, 4. (p) VI, 4. m. (p) Pr.
XI, 29. b. XXVII, 16. 1. Cor. IX, 26. (q) sup. 10. y. I, 3. II, 11. 13. 22.
III, 9. (r) VI, 4. 5. XI, 8. XII, 2, 3. Pr. XXIII, 6, 7. oppos. 17, 18.
II, 25. III, 13. VIII, 15. IX, 7. conf. Pr. II, 13. XV, 13. 15. (s) I, 18. VII, 9.
Pr. XII, 16. (t) sup. 12. d, e, & 15. o. (u) sup. 5.

17. Ecce, ego quid vidi^x! quod non radiantis Olympi
 Lumina, sed nobis oracula sancta recludunt.
 Unum homini venit, ecce! bonum: pulcherrimus Ille,
 Pascua qui sese nobis dat edenda, bibenda^z;
 Venturus, veniensque bonum in præcordia summum.
 Pastor hic est, tibi quem promitto sæpius unum^a:
 Tam formosum^y equidem, ut, si quis convivia tanta
 Hauferit, his solis demum vini atque ciborum
 Exhilaret justos usus, reddatque placentes^b
 Æterno Patri atque sibi. Quo denique pacto
 Delicias veras sensu interiore videbit^c,
 Quemcunque, arbitrio frenato, quilibet ævi
 Exercet sub sole^e labor: nec tædia longi
 Temporis obstabunt; verum omnem ex ordine
 ductum,
 Perpetuosque dies lætos numerare^d licebit,
 Quos Deus adjiciet. namque est hæc una beata
 Pars^e hominis, de quâ semper gaudere juvabit.
18. Fortunatus & iste quidem, cui Numina donant
 Divitias^f & opes^g, libertatemque gerendi

Ha-

(x) I, 16, 17. (y) III, 11. Ps. XLV, 3. (z) II, 24. III, 22. conf. Job. VI, 52, 53. (a) sup, 7, 8. IV, 8. (b) VII, 20, 29. Pr. XI, 17. XII, 11. conf. Rom. V, 15. Eccl. 1. Tim. II, 5. Ioh. I, 18. 29, 30. III, 13. X, 30. XIV, 9. 1. Ioh. V, 7. (b) II, 24. 26. (c) sup, 12. e. 16. (d) II, 3. k. (d) II, 3. (e) II, 10. x. (f) sup, 18. g. (g) VI, 2. u.

Harum se dominum ^b: quibus & saturetur ⁱ, & unus
 Utatur; ne absit capiendi ^k plena potestas,
 Quod sibi, quodque suis dispenset; neu quid acerbi
 Lætitiâ curæ minuât ^l. Donum illud jövæ ^m!

19. Namque ita, quæ pariunt viventi incommodaⁿ soles
 Continui, ac nimis renovat cruciatibus impos;
 Munere cœlesti non crebrò^o ingrata revolvit,
 Felix sorte suâ^p. at, tenuis fortuna! refecto
 Ni sub corde DEUM is sibi respondere ^q, per ipsa
 Gaudia, dignoscat; seque ad potiora vocare
 Dona, atque ætherias epulas ^r. Tantùm ergò beatus
 Integer, in DOMINO fruitur^s qui melle perenni!

LI

CA-

(h) II, 19, 9. (i) conf. 17. 2. b. oppos. sup. 16. (k) VI, 9. Pr. XI, 17.
 XII, 10. oppos. ibid. & IV, 8. VI, 2, 3. Pr. XI, 17. 24. XV, 27. XXVI,
 15. (l) III, 12. (m) II, 24. (n) sup. 15, 16. II, 23. (o) I, 16. (p) Ps.
 CXLV, 16. (q) X, 19. Pr. XV, 1. u. XVI, 1. e. XXVI, 5. XXIX, 19. Conf.
 interpretatio Apostolica Act. XIV, 17. XVII, 27. (r) sup. 17. conf. Rom. XIV,
 17, 18. HIERONYMUS, in h. l. Melius est, juxta Apostolum, spiritua-
 lem escam & spiritualem potum à DEO datum intelligi, & videre bonitatem
 in omni labore suo; quia ingenti labore & studio vera possumus contemplari bo-
 na. Et hæc pars nostra, ut in nostro studio & labore latemur. conf. sup. 17. Quod
 licet bonum sit; tamen, donec Christus manifestetur vita nostra, necdum
 plene bonum est. Et ideo non multum recordabitur Deus dierum vita no-
 stre. Notandum quoque, quod hic περιεπαυμὸς in meliori parte
 accipitur pro occupatione spiritualis vereq; lætitiæ. Vid. inf. ad c. VII, 2, 3, 4.
 AUGUSTINUS, de Civitate DEI. (s) Pr. XV, 15. Ps. IV, 8. V, 12, 13. Deut.
 XXVIII, 47. Neh. VIII, 10. Joh. X, 10. XVI, 22, 24. Act. VIII, 39. Phil. IV, 4.